



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioannis Macherentini Societatis Iesv Theologi,
Explanatio Catechismi Catholici**

Macherentinus, Johannes

Colon., 1612

Quid in tentatione agendum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39397

INGRVENTE ALIQUA TENTA-
tione diabolica quid agendum?

1. **C**um prava cogitatio menti incidit, quæ ad peccandum sollicitat, nulla mora interposita S. crucis ☩ te signo communi, & ad Christum ut exemplar vitæ nostræ con-
tuendum conuerte: considera diligenter quanto studio, doctrina ac vitæ exemplo contrarium eius, ad quod prava suggestio prouocat, edocuerit: quæ item quantaque passus sit, ut te à peccato redimeret.
Intuere eundem Christum tibi astantem,
2. & abs te obnixè contendente, ne peccando, quantum in te, doloribus (quos propter te perpeffus est plurimos) immani feritate dolores, & vulnera vulneribus, addas, ac mortem iam antea toleratam renoues: te ipsum tanto pretio redemptum, ob tantillam siue falsæ ac venenatæ voluptatis iucunditatem, siue exigui citoque perituri lucelli commo-
ditatem, siue vani inanisque honoris sum-
mum perditum eas.
Intuere eundem Christum, ut omnium
3. quæ facimus, molimur ac cogitamus inspe-
ctorem, testem & iudicem, cuius aspectum non vereri, summæ esset impudentiæ.
4. Esto fide speque firma, optimum fortissi-
mumque adiutorem, tibi non defuturum,
qui